



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

Alviset, Virginius

Campidonaë, 1673

Oeconomia Operis. Dividitur in quatuor Partes, seu Sectiones hoc Opus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

OECONOMIA OPERIS.

Dividitur in quatuor Partes, seu Sectiones
hoc Opus.

IN prima multiplici eruditione, & clarissima methodo traditur generalis doctrina circa privilegiorum naturam, differentiam, Acquisitionem, Communicationem, Extensionem, Præscriptionem, Intellectum, Usus, & alia similia, quæ omnia applicantur Regularibus.

In secunda. Proponuntur privilegia Clericorum, Nobilium, Militum, Pauperum, Causæ piæ, & Status religiosi. Ac ostenditur, hæc omnia convenire Regularibus, & quomodo.

In tertia. Ordine alphabetico referuntur privilegia, in specie concessa cuilibet Ordini circa materias quasq; magis obvias, & communes, adjunctis cuique (quantum opus est) variis notis, & summaria explicatione, tam ad eorundem manutentionem, intellectum & usum, quàm, ad doctrinæ ubertatem.

In quarta traduntur plenæ resolutiones diversorum dubiorum, quæ hæctenus aut à nemine, aut non nisi obiter tacta sunt, circa eadem privilegia, ac specialiter ostenditur, ea omnia adhuc valere, omnes revocationes hæctenus vulgatas, insufficientes esse, & absque scrupulo omnibus vti fas esse.

T I T U -